



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Maternus Episc. 15. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

2. Amans crucis se ipso altiùs extollitur: hominem non crederes; cupiditatibus non accenditur, non pungitur concupiscentiâ, deliciis non emollietur: amat laborem: horret quietem; & quoniam in hac miseriarum valle occasiones patiendi, eum non deficiunt, semper latus est, ac hilaris, quia voti compos.

3. Amans crucis eò usque evehitur, ut Christo de cruce pendenti similis, mundo crucifixus, & sibi mortuus sit. Ah Domine cruci tuæ affigar, quantumvis reluctetur caro, quoniam tibi redemptori meo corpus & animam meam debeo: crucifigar; coronet spinis; sit simile meum corpus tuo corpori, quod pro me Patri æterno obtulisti. *Si ob hoc caput tuum Christus debes, tale, si potes, ei repende, quale suum pro tuo obtulisti.* Tertull.

## S. MATERNUS EPISC.

15. Septembris.

*Resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Luc. 7.*

**P**ORTENTUM in orbe MATERNUS est, cui simile nullum: huic enim soli ter vita, ter mori obtigit. Natus in urbe Naim Galileæ, atque adolescens cum matris orbæ extremo dolore iterum denatus, cum jam efferretur, ad Christi miserentis imperium vitæ & matri redditus est. A Servatoris nostri gloriosa Anastasi, S. Petro discipulus adhæsit, a quo



quo cum aliis ad Rhenum prædicaturus  
 cæm iret, in itinere iterum vitâ functus, post  
 XL. dies, ex ipso tumulo, egestâ terrâ, cum  
 mortuo S. Petri baculus impositus esset, ter-  
 tiò in vitam miraculo prodiit. Germaniæ  
 deinceps Apostolus, defunctis S. Eucharis  
 & S. Valerio prædicationis sociis, cum Co-  
 lonienses & Tungrenses ab Idolis convertis-  
 set, Trevirensibus Episcopus præfuit, ubi no-  
 tabili prodigio festa aliquando Natali Christi  
 nocte tria sacra tribus dissitissimis locis, An-  
 gelo transferente Tungris, Colonia, & Tre-  
 viris, in Cathedrali sua, dixit. Ibidem tertiâ  
 vice, antequam moreretur, præmonitus est à  
 defunctis sociis, qui coronati apparentes, co-  
 ronam ostendere tertiam, triduo post ei-  
 dem apud Superos imponendam. Jam jacet,  
 non nisi Angeli tuba in universali Anastasi  
 tertiò resuscitandus. Tibi satis sit, si bene vi-  
 vas, bene semel mori. *Ex Lippeloo.*

### MEDITATIO.

#### *De triplice morte S. Materni.*

**T** Riplici morte obiit S. Maternus, terque eo-  
 dem die Sacrificium obtulit in dissitissimis locis,  
 ope Angelorum transportatus. Poteris & tu triplici  
 morte occumbendo triplex Deo tuo Sacrificium of-  
 ferre, Primò moriatur in te homo animalis in suis cu-  
 piditati-



diditibus; abſtine non ſolum illicitis ſed etiam licitis  
deliciis. Parvis in rebus ſi contraire aſſueſcas tuis con-  
cupiſcentiis, non laborabis in magnis. Domine tuam  
cruceſ tuam pro volutus tibi offero in ſacrificium &  
immolo omnes meos Spiritui rebelles appetitus, &  
in ſpecie quidem, hos.

2. Moriatur in te homo ſpiritualis per immolationem  
propriæ voluntatis: quæ fons eſt omnium malorum.  
Id tantum velis, quod vult Deus, & ij qui vitam  
cem Dei gerunt. Repugna ſemper propriæ voluntati.  
Glorioſior nulla victoria eſt, quàm de ſe ipſo. Do-  
mine Sacrificium meum ne rejicias, idem velle ac no-  
le meum, tecum habere volo, & hoc erit Sacrificium  
veſperinum quod Chriſtus obtulit in cruce factus ob-  
diens uſque ad mortem, mortem autem Crucis.

3. Mortuus etiam eſt jam pridem in te vetus homo  
quando in aqua baptiſmi ſubmerſum eſt peccatum  
veteris Adami. ſed an Chriſtum quem in baptiſmo in-  
duiſti uſque ad huc retinuiſti? Si vivis adhuc vitam pri-  
mæ gratiæ in baptiſmo datæ, gratias age Deo; ſi mor-  
tuus eſ ſemel, fac ut recuperes vitam.

## S. EDITHA VIRGO.

4. Septembris.

*Oportet corruptibile hoc induere in-  
corruptionem, & mortale hoc in-  
duere immortalitatem. 1. Cor. 15. 53.*

Ferax